



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Distinct. II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

DE MYSTERIO TRINITATIS ET V-  
NITATIS. DISTINCT. II. A

*Aug. c. 2. l. 1.* **H**OQ[UE] quoque vera ac pie fide tenendum est,  
*Trin. tō. 3.*

vt ait Augustin. in primo lib. de Trin. scilicet Pater, & Filius & Spiritus sanctus: & h[oc]e trinitas vnius eiusdemq[ue] substantiae vel essentiae dicitur, creditur & intelligitur: quae est summum bonum, q[uod] purgatissimis metibus cernitur. Mentis enim humanae acies invalida, in tam excellenti luce non fitur, nisi per iustitiam fidei emundetur. Item in libro primo retract. ca. 4. Non approbo quod in oratione dixi: Deus qui non nisi mundos verum scire voluisti, respondei enim potest, multos etiam non mundos multa scire vera. De hac re ergo, summa & excellentissima, cum modestia & timore a-  
*Aug. remo  
1. in libr. 1.  
Soli loqui  
rum cap. 1.* gendum est, & attentissimis auribus atque deuo-

*Aug. lib. de Trinitate audiendum, vbi quaeritur unitas trinitatis, Pa-  
Trin. 1. ca. 3.* tris scilicet & Filii & Spiritus sancti: quia nec pe-

*I. Tim. 6.* riculosius alicubi erratur, nec laboriosus aliquid

quaeritur, nec fructuosius aliquid inuenitur. Pro-

*Cap. 2. q[uod] 3.* inde omnis qui audit & legit ea quae de ineffabili

& inaccessibili luce diuinitatis dicuntur, studeat imitari atque seruare, quod venerabilis *actor* Aug. in 1. li. de Trinitate se ipso ait. Non pigebit me, inquit, sic ubi haesito querere: nec pudebit sic ubi erro, discere. Quisquis ergo audit hoc vel legit, v-

*Psalm. 104.* bi pariter certus est, pergit tecum vbi pariter haesitat, querat tecum: vbi errorem suum cognoscit, redeat ad me: vbi tecum, reuocet me. Ita ingrediamur simul charitatis viam tendentes ad eum, de quo dictum est, Querite faciem eius semper.

*Aug. in lib.* *Quae fuerit intentio scribentium de Trinitate.* B

*1. Ret. c. 1.* OMNES autem catholici tractatores, ut in eod.

*lib. 1. Solilo.* 1. libr. de Trinitate. 4. August. ait, qui de Trinitate quiorum 10. quae Deus est, scripsierunt, hoc intenderunt secun-  
*1. c. 4. Vbi.* dum scripturas docere, q[uod] Pater & Filius & Spi-  
ritus

ritus sanctus vnius sint substantiae, & inseparabili  
 & qualitate unus sint Deus: ut sit unitas in essentia,  
 & pluralitas in personis: ideoque non sunt tres  
 Dei, sed unus Deus, licet Pater filium generit, &  
 ideo filius non sit qui pater est: filiusque a patre sit  
 genitus, & ideo pater non sit qui filius est, & spi-  
 ritus sanctus nec pater sit nec filius, sed tantum Pa-  
 tris & Filii spiritus, utriusque coequalis, & ad Tri-  
 nitatis pertinens unitatem. Teneamus ergo Pa- aperte lo-  
 trem & Filium, & Spiritum sanctum, unum esse quicunque dices  
 naturaliter Deum, ut ait Augustinus in libro de si. Ego & pater  
 de ad Petrum, neque tamen ipsum patrem esse, unum su-  
 qui filius est, nec filium ipsum esse, qui Pater est: mus. De iōs.  
 nec Spiritum sanctum ipsum esse, qui pater est, disti. cap.  
 aut filius. Vna est enim Patris & Filii & spiritus omnes.  
 sancti essentia, quam Græci οὐτιαν vocant: in qua Aug.ca.1.  
 non est aliud Pater, aliud Filius, aliud Spiritus san- ad Pet. 10. 3.  
 tus: quamuis sit personaliter alius pater, alius fi- Lib. 1. ca. 2.  
 lius, alius spiritus sanctus.

*Quis ordo sit seruandus cum de Trinitate agitur.* C

CÆTERVM ut primo li. de Trin. Aug. docet, primo secundum authoritates sanctarum scripturarum, utrum fides ita se habeat, demonstrandum est. Deinde aduersus garrulos ratiocinatores, elatiores magis quam capaciores, rationibus Catholici, & similitudinibus congruis ad defensionem & assertionem fidei intendit: ut eorum inquisitionibus satis facientes, mansuetos plenius instruantur, & illi si nequierint inuenire quod querunt, de suis metibus potius, quam de ipsa veritate vel denostrâ assertione conquerantur.

*Testimonia Sanctorum de Trinitate.* D

PROPOSITIONES ergo in mediū veteris ac noui Testamēti authoritates, quib⁹ diuinę unitatis atque Trinitatis veritas demonstratur: ac primū ipsa legis exordia occurràt, ubi Moyses ait, Audi Trinitatis Israël, Dominus Deus tuus, Deus unus est. Item, declaratur

Ego

*Testimo-  
nia, quibus  
mysterium*

*Deut. 6. a.* Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi de terra  
*Exod. 20. a.* Aegypti: non erunt tibi alii Dii præter me. Ecce  
*de fide lib. 1.* hic significauit unitatem diuinæ naturæ. Deus e-  
*cap. 1. lo. 2.* nem, ut ait Ambr. in 1. li. de Trin. nomē est naturæ.  
*Exod. 3.* Dominus vero nomē est potestatis. Idē alibi De⁹  
*loquēs ad Moysen* ait: Ego sum qui sum, & si quæ-  
*sierint nomē meum, vade, & dic eis. Qui est, misit*  
*me ad vos. Dicēs enim, Ego sum: nō, Nos sumus:*  
*& qui est, nō qui sumus, apertissimè declarauit v-*  
*nūm solum Deum esse. In canto etiam Exodi le-*

*Exod. 15.*  
*Gen. 16.*

*Ad finem*  
*cap. 1.*

*Circa finem.*

*Circa me-*  
*us n.*

*gitur, Dominus omnipotens nomen eius. nō ait,*  
*Domi⁹: unitatem volens significare. Personarū*  
*quoque pluralitatem, & naturæ unitatē simul o-*  
*stēdit Dominus in Genesi, dicēs; Faciamus homi-*  
*nem ad imaginem & similitudinem nostram. Di-*  
*cēs enim, faciamus & nostram, pluralitatē perso-*  
*narum ostendit; dicens vero imaginem, unitatē*  
*essentię. Ut enim dicit Aug. in lib. de fide ad Petrū.*  
*Si in illa natura patris & filii, & Spirit⁹ sancti una*  
*esset tantum persona; nō diceretur, Faciam⁹ ho-*  
*mīnem ad imaginem, & similitudinem nostram. Cum enim dicit ad imaginē, ostēdit unam natu-*  
*ram esse, ad cuius imaginem homo fieret; cum ve-*  
*ro dicit nostram, ostendit eundē Deum non unā,*  
*sed plures esse personas.*

*Aperte ostēdit quod nec solitudo, nec diuersitas, nec singula-*  
*ritas ibi est, sed similitudo.* E

**HILARIV** Squoq; in libro tertio, de Trin. di-  
 cit his verbis significari. quod in Trinitate nec di-  
 uersitas est, nec singularitas vel solitudo: sed simi-  
 litudo & pluralitas siue distinctio. ait enim sic, qui  
 dixit. Faciamus hominē ad imaginem & simili-  
 tudinem nostram; in unicem esse sui similes, in eo q̄  
 dicit, imaginem & similitudinem nostram osten-  
 dit. Imago enim sola non est, & similitudo sibi nō  
 est; neque diuersitatem duobus admisceri alter⁹  
 ad alterum similitudo permittit. Item idem in 4.  
lib.

lib. Absoluti<sup>9</sup> voluit intelligi significationem hāc non ad se esse referendā tantum, dicendo, Faciamus hominem ad imaginē & similitudinem nostram. professio enim consortii sustulit intelligētiā singularitatis, quia consortium aliquod nec potest esse sibi ipsi solitario, neq; rursus solitudo solitarii recipit, faciamus: neque quispiam alieno à se loquitur, nostram. Vterq; ergo sermo scilicet faciamus, & nostram, vt solitariū eundemque nō patitur, ita neque diuersum à se, alienumq; significat. solitario conuenit, faciam, & meam: nō solitario vero cōuenit dicere, faciamus, & nostram. vterq; sermo vt non solitarium tantum, ita neq; differētem esse, vna diuersum esse significat. Nobis quoq; nec solitarius nec diuersus est confitendus, ita ergo Deus ad communem sibi cum Deo i-maginem eādemque similitudinem, hominē re-peritur operari: vt nec significatio efficientis ad-mittat intelligentiā solitudinis, nec operatio cō-stituta ad eandem imaginem ac similitudinē pa-tiatur diuersitatē diuinitatis. In his verbis Hila-rius pluralitatem personarū voluit intelligi no-mine consortii, atq; significauit nomine consor-tij vel pluralitatis nō ponī aliquid, sed remoueri. Pluralitas enim vel consortium personarum, cū dicitur, solitudo vel singularitas negatur: cū di-cimus plures esse personas, significamus, quod nō est vna sola. Ideo Hilarius volens ista subtiliter & sanè intelligi, ait, Professio cōsortii sustulit intel-ligentiam singularitatis: non dicit, posuit aliquid: ita etiam cū dicimus tres personas, singularitatē & solitudinem tollimus; & quod pater nō est so-lus, nec filius est solus, nec Spiritus sanctus est so-lus, significamus: & quod nec pater tantum est & filius, nec pater tantum & Spiritus sanctus, nec si-lius tantum & Spiritus sanctus. De hoc autem in sequenti plenius agetur, vbi etiam secundū quid simi-

similes dicantur tres personæ, & utrum aliquo modo sit ibi diuersitas vel differentia, ostendetur.

*Ad idem quod cooperat reddit, ut alias authoritates supponat.*

F

N V N C vero ad propositū redeamus, & ad ostendēdum personarum pluralitatem, atq; essentiæ diuinæ vnitatem, alias sanctorū authoritates inducamus, Moyses dicit, In principio creauit Deū cœlum & terram : per Deum significans partem: per principium, filium. Et pro eo quod apud nos Deus dicitur, Hebraica veritas habet Helyom: quod est plurale huius singularis, quod est Hel. Quod ergo nō est dictū Hel, quod est Deus, sed Helyom, quod interpretari potest Dii siue Iudices, ad pluralitatem personarum refertur. Ad quā etiam illud attinere videtur, quod diabolus per serpētem dixit, Eritis sicut dii. Pro quo in Hebraico, habetur Helyom: ac si diceret: Eritis sicut diuinæ personæ. Ille etiam maximus Prophetarū & Regum Dauid, qui suam cæteris præfert intelligentiam, dicens, Super senes intellexi: vnitatē diuinæ naturæ ostendens, ait Dominus nomen est illi: nō dicit Domini. Alibi etiam eiusdem vnitatem & æternitatem simul ostendens ait ex persona Dei, Israel, si me audieris, non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum. Aliud horum, ut dicit Ambros. in lib. 1.\*

*\* de fide ad de Trin. significat æternitatem: aliud vnitatē substantiæ indifferentis, ut neque posteriorem patre, neque alterius diuinitatis filiū, vel spiritum sanctū esse credamus, nam si patre posterior est filius, vel spiritus sanctus, recēs est: & si unius non est diuinitatis, alienus est, sed nec posterior est, quia recēs nō est, nec alienus quia ex patre natus est filius, ex patre procedit S. sanctus. Alibi quoq; distinctionē personarum insinuans ait, Verbo Domini cæli firmisunt, & spiritu oris eius, omnis virtus eorum. Alibi etiam ait: Benedicat nos Deus Deus noster,*

ben-

Genes. 1.

Genes. 3. b.

Psalm. 113.

Psalm. 67.  
Psalm. 80.  
*\* de fide ad de Trin. significat æternitatem: aliud vnitatē substantiæ indifferentis, ut neque posteriorem patre, neque alterius diuinitatis filiū, vel spiritum sanctū esse credamus, nam si patre posterior est filius, vel spiritus sanctus, recēs est: & si unius non est diuinitatis, alienus est, sed nec posterior est, quia recēs nō est, nec alienus quia ex patre natus est filius, ex patre procedit S. sanctus. Alibi quoq; distinctionē personarum insinuans ait, Verbo Domini cæli firmisunt, & spiritu oris eius, omnis virtus eorum. Alibi etiam ait: Benedicat nos Deus Deus noster,*

Psalm. 12.

Psalm. 66.

benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines *Amb. cap. 4.*  
*l. 1. de fide.*  
 terræ. Trina enim confessio Dei, Trinitatē exprimit personarum: vnitatē vero essentia aperit, cū singulariter subiungit, eum. Esaias quoq; dicit se audisse Seraphin clamantia, sanctus, sanctus, sanctus Dominus De<sup>o</sup>. Per hoc quod dicit ter sanctus, Trinitatem significat, per hoc quod subdit Dominus Deus, vnitatem essentia. David quoq; eternā filii generationem aperte insinuat ex persona filii dicēs, Domin<sup>o</sup> dixit ad me, Filius meus es tu: ego *Esiae 53.*  
*hodie genui te.* De hac generatione ineffabilē *E. Proph. 8.*  
 Esaias ait. Generationem ei<sup>o</sup> quis enarrabit? In libro quoq; Sapientia, eternitas filii cum patre monstratur, ubi sapientia ita loquitur. Domin<sup>o</sup> possebat me ab initio viarū suarū: antequā quicquā faceret à principio, ab eterno ordinata sum: antequam terra fieret, nec dum erant abyssi, & ego iam concepta eram, neque fontes, neque montes, aut colles, & ego parturiebar: adhuc terram nō fecerat, & cardines orbis terre: quādo preparabat celos, aderam, quando appēdebāt fundamenta terræ, cum eo eram cuncta componēs, & delectabam per singulos dies ludens coram eo. Ecce aptum de eterna genitura testimonium: quo ipsa sapientia perhibet se ante mundum conceptam esse, & parturiri, id est, genitam, & apud patrem eternaliter existere. Ipsa etiam alibi ait. Ego ex ore altissimi prodii, primogenita ante omnem creaturam. *Micheas 1.*

*Ecclesiastes 24.*

*Micheas 1.*

Specialia testimonia de Spiritu sancto. G

De Spiritu sancto etiam expressa documenta in *Genes. 1. a.*  
 veteri Testamento habemus. In genesi enim legitur, Spirit<sup>o</sup> Domini ferebatur super aquas. Et David

uid

*Psalm 138.**Sapien. 1. b.**Ezra 6.1.*

uid dicit, Quo ibo à spiritu tuo? In lib. Sapientiae dicitur, Spiritus sanctus disciplinæ effugiet factum: benignus est enim spiritus sapientiae. Elia quoque ait, Spiritus Domini super me.

*De testimoniosis noui Testamenti.*

H

NVNC vero post testimonia veteris Testamēti, de fide sancte Trinitatis & unitatis, ad noui Testamēti authoritates accedam⁹: vt in medio duū

*Ezra 6.6.**Matth. vlt.*

animalium, id est, testamentorū, cognoscatur veritas: & forcipe de altari sumatur calcul⁹, quo tagatur ora fidelium: Dominus itaque Christ⁹ unitatem diuinæ essentiæ ac personarum trinitatē,

*Amb. ii. c.**i. de fide ad**Gratian.**Ioan. i f. lb**i. ca eodem*

aperte insinuat, dicens Apostolis, Ita, baptizate omnes gentes in nomine patris, & filii, & Spiritus sancti. In nomine utique ait, vt Ambrosius in lib. i. de Trin. non in nominib⁹, vt unitas essentiæ ostendatur. Per nomina tria quæ supposuit, tres esse perso-

*i. Ioan. 5. b.**I. Ioan. 1. a.**Galat. 4. a.**Roman. 8. b.**Roman. 2. d.**Aug. de tri-**nit. lib. 1. ca.**pit. 6.*

nas declarauit. Ipse etiam ait, Ego & pater unum sumus: unū dixit, vt ait Ambrosius in eodem, ne fiat discretio potestatis naturæ: & addidit, sum⁹, vt patrem filiuque cognoscas: scilicet ut perfectus pater filium perfectum genuisse credatur: & quod pater & filius unum sint, non confusione personæ, sed unitate naturæ Ioannes quoque in epistola canonica ait. Tres sunt qui testimonium perh. bent in cœlo, pater, verbum, & spiritus sanctus, & hi tres unum sunt. Ipse etiam in initio Euagelii sui ait: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: ubi aperte ostendit filium semper & æternaliter fuisse apud patrem, ut alium apud alium. Apostolus quoque aperte Trinitatem distinguit, dicens; Misit Deus spiritum filii sui in corda nostra. Et alibi, Si spiritus eius qui suscitauit Iesum habitat in nobis, &c. Item alibi, Trinitatem atque unitatem euidentissimè commendat, dicens:

Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria, Ex ipso ut Augustinus in lib. de Trinitate

tate ait propter patrem: per ipsum dicit, propter filium: in ipso, propter S. sanctū. Per hoc vero quod non ait ex ipsis, per ipsos, & in ipsis: nec ait, ipsis gloria, sed ipsi: insinuavit hanc Trinitatem unum Deum esse. Sed quia singulē pene syllabæ nouit testamenti, hanc ineffabilis unitatis articulat Trinitatis veritatem cōcorditer insinuat, inductione testimoniōrum super hac re supersedeamus, & rationib⁹ congruisque similitudinibus ita esse, prout infirmitas nostra valet, ostendamus.

## INCIPIT O STEN DE RĒ, Q VŌ M O D O

*per creaturam potuerit cognosci creator.*

dinaris ad locum à crea-  
tura mādi.

**A**POSTOLVS namque ait, quod inuisibilia Dei à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: semper tamen quoque virtus eius & diuinitas. Per creaturam mundi intelligitur homo, propter excellentiam, qua excellit inter alias creaturas: vel propter cōuenientiam, quā habet cū omni creaturā. Homo ergo inuisibilia Dei intellectu mentis conspicere potuit, vel etiam conspexit, per ea quæ facta sunt, id est, per creaturas visibles vel inuisibles. A duobus enim iuuabatur, scilicet, à natura, quæ rationalis erat & ab operibus à Deo factis, ut manifestaretur homini veritas. Ideoque Apostolus dixit. Quia Deus revelauit illis, scilicet, dum fecit opera: in quibus artificis aliquatenus relucet indicium.

Roman. 1. 6.

*Prima ratio vel modus quomodo potuit co-  
noscendi Deus.*

B ca. epistola &  
ad Rom.

Quod notā  
est Dei. Pri-  
ma resōsio  
vel modus  
quod potuit  
cognoscere  
Deum.

Nam sicut ait Ambrosius, ut De⁹, qui natura inuisibilis est, etiam à visibilibus posset sciri, opus fecit quod opificē visibilitate sui manifestauit: Ut per certum incertum posset sciri, & ille Deus omnī esse crederetur: qui hoc fecit, quod ab homine impossibile est fieri. Potuerūt ergo cognoscere, Deum.

B siue